



**Francisci De Fargna Civitatis Plebis Patrii Philosophiæ,  
Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris ... Commentaria In  
singulos Canones De Jurepatronatus**

Qui sparsim tam intrà, quàm extra corpus Juris Canonici vagantur ...

**Fargna, Francesco de  
Romæ, MDCCXVIII**

Casus IV. Argumentum. Juspatronatus non transit ad hæredem institutum  
in re certa. Quòd tamen limitatur in aliquibus casibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72203](#)

# De Jurepatronatus Par.II. Can.I. & II. Cas.III.& IV. 5

*lib.2. q.11. n.28. Rot. in Pennen. Beneficii super Pertinentia 17. Martii 1710. §. Hoc inquam, coram R. P. D. Lancetta.*

Nec etiam ad assequendum exercitium jurispatronatus, seu ut quis validè præsentare possit in patronatu hæreditario, non requiritur, quod actu possideat hæreditatem dum patronus potest validè præsentare, etiam antequam sit immisus in possessionem hæreditatis, ea ratione, quia in juribus incorporalibus pro eorum exercitio sufficit habere jus citra facti possessionem: ut expressè testatur *Lotter. de re benef. lib.3. q.19. n.30.*

6 Sed juspatronatus transit ad hæredes universales etiam extraneos, non ut *hæredes*, quia non transit ad illos pro hæreditariis portionibus, ut hic est *Textus*, sed *quia hæredes*, scilicet transit ad omnes insolidum. Et ita tenent *Innoc. Anania, Berous, Butrius, & alii hic Calderin. de jurepatron. conf.2. Lambertin. eodem tit. lib.1. par.2. quæst.2. princip. Fagnan. Gonzal. hic Ancharan. conf. 81. Barbar. in cap. Quanto de judic. sub n.12. §. Sed Bald. Gabriel. conf.196. n.1. Anania in cap. Cùm saeculum de jurepat. n.5.*

7 Quæ tamen conclusio limitatur in casu, quo Testator expressè excluderit à jurepatronatus hæredes extraneos, ut potest illos excludere juxta *Decimum super Decretal. in cap. Edoceri, & in cap. Significatum de Praben. Lambert. ubi supra art.2. Berous hic n.34.*

8 Aut in casu, quo Testatori competenter juspatronatus non ex fundatione, nec dotatione, nec constructione, sed ex merito Privilegio Personalis; quo casu juspatronatus extingueretur cum Persona Testatoris, & non transiret ad hæredes extraneos, *Ciarlin. controv. 159. n.13. & seq. D. meus Advoc. Pitonius discept. eccles. 33. p.1. rec.*

## ARGUMENTUM.

Juspatronatus non transit ad hæredem institutum in re certa. Quod tamen limitatur in aliquibus casibus.

## SUMMARIUM.

1 *Juspatronatus non transit ad hæredem particularem institutum in re certa, nec ad merum executorem, &c n.2. sed limitatur n.3. & 4.*

2 *Institutus in re certa non est propriæ hæres.*  
5 *Testator non potest specialiter legare juspatronatus uni Personæ, absque consensu Episcopi, potest tamen illud legare compatrino, aut Ecclesiæ absque bujusmodi consensu, ut n.6. & 7.*

## C A S U S IV.

**Q**uidam Patronus habens duos filios; Unum ex eis instituit hæredem in re certa, nimurum in certa quota bonorum; alio universaliter instituto hærede; quæritur an juspatronatus transeat ad filium in re certa institutum?

1 Respondeo negativè, quia juspatronatus transit cum universitate rerum, & bonorum, non autem cum rebus particularibus, *juxta Text. in cap. Ex literis, & in cap. Cùm saeculum de jurepat.* de quibus infra *Can. XIV. & XV.* Ergo non transit ad hæredem particularem institutum in re certa. Item institutus in re certa non est propriæ hæres, sed legatarius, vel potius tertia species participans de hærede, & legatario, *L. Quoties, ff. de hæred. instit. ac proinde in materia jurispatronatus non comprehenditur sub simplici nomine hæredis, quia in exorbitanti, & materia stricta sub simplicibus non comprehenditur casus mixtus, L. 2. in princ. ubi Bart. & Alex. ff. de verbor. oblig. sed materia jurispatronatus est materia exorbitans: igitur ubi dicitur, juspatronatus transire ad hæredem, nomine hæredis non venit institutus in re certa; & hanc conclusionem communiter tenent fere omnes Doctores, *Abb. Berous n.22. & seqq. hic Lambertin. de jurepat. lib.1. p.2. quæst. 2. art. 16. n.6. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 11. n.28. Rota decis. 24. n.2. post Vivian. de jurepat. & decis. 70. n.16. par. 12. & decis. 413. n.11. & decis. 560. n.2. par. 18. & decis. 223. n.1. par. 19. recen. Garz. de benef. par. 5. cap. 9. n.17.* Ex quo sequitur, quod si juspatronatus non transit ad hæredem institutum in re certa, multò minus transibit ad merum Executorem testamentarium patroni; qui nullatenus est hæres, ut firmavit *Rot. in Barchinonen. beneficij 14. Maii 1685. §. Ceterum in fine, coram R.P.D. Florez.**

3 Limitatur tamen hæc conclusio in casu, quo non esset institutus hæres universalis; vel esset institutus hæres universalis, sed non potuerit sic institui; vel esset in-

## 6 . VI Commentaria ad singulos Canones

institutus, sed non acceptaverit, nec adiecit hæreditatem; in quibus casibus juspatronatus transit ad hæredem institutum in re certa, quia per jus accrescendi universa hæreditas consolidatur in ipso; & ad repudiantem hæreditatem universalem juspatronatus non transit, *Anan. conf. 86. Calderin. conf. 2. Abbas hic.*

- 4 Limitatur etiam in casu, quo hæres esset institutus in re certa, quæ esset aliqua universitas, puta Villa, Castrum, cui esset annexum juspatronatus; vel in casu, quo Testator specialiter legasset de consensu Ordinarii juspatronatus instituto in re certa; in quibus casibus juspatronatus transit ad hæredem institutum in re certa, ut bene advertunt hic *Boreus n. 30. & seqq. Lambertin. ubi supra, & art. 17. secus autem si Testator legasset hujusmodi juspatronatus eidem instituto in re certa, absque consensu Ordinarii; tunc enim non transiret ad illum juspatronatus, dum Testator non potest specialiter legare juspatronatus uni persona, absque consensu Episcopi, *Lambertin. de jurepat. lib. 1. p. 2. quæst. 1. art. 9. n. 1. Rocc. de Curt. eodem tractat. in verbis, vel ipse, à quo n. 38. Abbas in cap. Cùm sacerulum hoc sit. n. 6. ibique *Anania n. 4. Butr. in cap. Cùm sacerulum n. 2. Berouſin. cap. illud de jurepat. n. 12. nisi illa persona sit compatrona, Rot. coram Achill. decis. 10. de jurepat. Vivian. de jurepat. lib. 4. cap. 1. n. 31. & cap. 4. n. 6. & coram Verall. decis. 284. p. 1. & decis. 131. p. 2. & coram Coccin. decis. 464. n. 8. & coram Dunoz. jun. decis. 79. n. 5. & decis. 96. n. 9. Aut nisi sit***
- 5 aliquis locus Religiosus, vel Ecclesia, *Butr. in cap. Cùm sacerulum de jurepatr. n. 2. Boreus in cap. Illud de jurepat. n. 13.*

### ARGUMENTUM.

Juspatronatus ab initio hæreditarium, an fieri possit per successorem fundatoris gentilitium.

### SUMMARIUM.

1. Fundator potest mutare qualitatem jurispatronatus, ut de hæreditario efficiatur gentilitium.
2. Patroni hæredes Fundatoris, an possint mutare qualitatem jurispatronatus, ut de hæreditario efficiatur gentilitium? & n. 3.

- 4 Patronus potest mutare juspatronatus, ut de laicali efficiatur Ecclesiasticum, & de non Sacerdotali efficiatur Sacerdotale.
- 5 Patronus potest successoribus præjudicare, & juspatronatus hæreditarium supprimere, & ei renunciare.
- 6 Conditio, quod juspatronatus sit Gentilium, est favorabilis Ecclesia.
- 7 Conditiones novæ, quando sunt præjudiciales Ecclesia patronata non possunt apponi post foundationem, nec à Fundatore, nec ab ejus successoribus, secus si sunt utiles, & non præjudiciales eidem Ecclesia.
- 8 Juspatronatus hæreditarium fieri potest gentilitium per obseruantiam subsecutam.
- 9 In jurepatronatus gentilitio succeditur in capita, & non in stirpes.
- 10 Juspatronatus transit ad hæredem universalem, non verò ad hæredem institutum in re certa.
- 11 Juspatronatus in dubio censetur hæreditarium.
- 12 Patronus potest mutare juspatronatus hæreditarium in gentilitium, & n. 14.
- 13 Juspatronatus esse gentilitium arguitur ex præsentatione etiam ineffectuata.
- 15 Præsentatio facta cum expressione, quod juspatronatus sit de domo, aut familia de talibus, an probet illud esse familiare, & n. 31.
- 16 Literæ Apostolica pro præsentato, in quibus enunciatur juspatronatus esse laicorum de domo, aut familia de talibus probant juspatronatus esse gentilitium; & n. 17. amplia ut n. 18.
- 19 Præsentatio expleta in capita, & non in stirpes, probat qualitatem gentilitiam, & n. 20.
- 21 Reservato jurepatronatus pro omnibus de familia in genere, præsentatio explenda est per modum Collegiativum, & major pars prævalere debet minori.
- 22 Juspatronatus gentilitium defertur ad solos masculos agnatos, ad feminas verò non nisi per posterius, ut n. 23.
- 24 Ex præsentatione incerta, & erroneè admissa, non acquiritur quasi possessio præsentandi, nec dicta præsentatio est attendibilis.
- 25 Præsentatus à majore parte patronorum est præferendus.
- 26 Gratia derogatoria pro medietate resolvuntur in simplicem gratificationem.

27 Mu-